THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT

Entstehungsort unbestimmt, 15. Jh. (datiert u. a. 1447)

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31301
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

in duello et omnes tales modio sunt
fraterno Nemo enim potest diligere
hominem quem vult occidere tales autem
nichil vident aliud facere quam
deum principes suas temptare
unde monomachia i. singulare
bellum dampnabilis est in ecclesia
sicut purgacio iudicia scilicet ferri can=
dentis et aque frigide que ubique
prohibentur modo Similiter pro=
hibet eciam monomachia sed per prin=
cipes prohibita est eciam non possit
prohibere Unde tamen si aliquis
iuste tenet hereditatem suam et
alius eam iniuste impetit in duello
bene licet tenenti se et sua defen=
dere a latrone Sed si aliqua iuste
petet hereditatem non consulerem
quod propterea pugnaret Sed aliomodo
iudicio iuris suum quereret cuilibet
enim licet se defendere sed non pu=
gnare vel iudicare Regi

De officio me=
rcenariorum

Post hec restat dicere de officio
mercenariorum qui locant operas
suas vel ad diem vel ad certum
terminum valde est periculosum quia
tenentur plenum ministerium suum
exhibere hiis a quibus cibum et
stipendia recipiunt sed non cur=
ant quod parum laborat dummo=
do mercedem recipiant et hoc
est quasi furari et rapere conduc=
tori pecuniam suam facit enim mer=
cenarius pactionem de opere unius
diei vel plurium pro tali et tanto
precio et forte non facit tanti labo=
ris dimidium ergo iniuste recip=
it quicquid ultra iustum precium sui
laboris percipit Unde vehementer
super hec sunt a suis sacerdotibus
increpandi preterea multi mer=
cenarii sunt qui operas suas ad=

turpes labores locant ut ad ser=
viendum fenatori in domo meretrici
vel predoni et omnes tales sunt
quasi consencientes et agnetes
sic dicit canon pari pena puni=
entur quia vero multi peccant
per consensum Sciendum vero m=
ultipliciter dicitur consentire
Est enim consentire tantum animo
maleficium approbare vel sic con=
sentire est malefactores blan=
dis adulacionibus commendare Item
consentire est malefacientibus
non resistere cum possis vel non re=
sistere quantum debes et potes vel ante
quam fiat malefactum vel dum fit
vel dum factum est Item consentire
est post malefactum malefacto=
res non corripere Est eciam conse=
ntire in faciendo malefactores
iuvare et de hiis precipue dicitur
quod consencientes pari pena pu=
niantur Unde tamen omnes alii
predicti pena sunt digni Quidam
tamen magis sunt digni quid=
am minus ut ille qui consentit
approbando malefactum nec apponit
adiutorium nec corripere potest nec
corrigere multo minus peccat quam
consencientes alii Item meretri=
ces inter mercenarios computa=
ntur locant enim corpora sua qua=
mvis ad turpes usus tamen quia
in corpore suo labores sustinent
licitum est eis retinere quod tali
labore accipiunt Unde lex secula=
ris ait Turpiter agit quod est m=
eretrix Unde eciam de meretricio
potest penitens et precium meretri=
cii retinere et inde elemosinam
facere Unde tamen si appetit libidi=
nem et corpus suum locat ut li=
bidinem adimpleat iam non la=
borem suum locat et tunc turpi=
ter facit et turpiter accipit
Item si meretrix inungat